



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

180 Expectans rusticus Horatianus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

judicio suae gratiae expectatiuae, ita ut nulla sibi possit obijci negligentia in acceptando; veluti si quis tertius in fraudem expectantis beneficiolum aliquod admodum tenue resignauerit ut ipsemet vel alius consequeretur beneficium quoddam pinguiissimū quod propediem spectatur vacaturum. qualis ars & hic obiter indicatur & in c. ult. §. de renunc. apertissimè detegitur. In summa, variè contingere potest ut expectans expectatione sua frustretur, immò morte præueniat alias omnes quorum ipse mortem expectabat. haud absimiliter apud Horatium

*Rusticus expectat dum defluat amnis, at ille  
Labitur & Libetur in omne volubilis aenum.*

Iam videamus quid si beneficia omnium primò vacatura non debeantur expectantibus istis Pontificiis (quos pone nullos amplius esse) sed aliis aliquibus; ecquid hæc Bonifaciana constitutio ad illa quoque beneficia pertinebit, an potiùs frustrabuntur permutantes iuxta iuris regulam cuius hic fit mentio? ne res careat exemplis, demus aliquot satis illustria. primò, quædam beneficia singulariter sibi soli reseruauit Summus Pontifex conferenda, veluti quæ contingit vacare vel in ipsa curia Romana vel in itinere Romam versus c. pro illorum. de præbend. d. c. 2. de præbend. c. execrabilis. de præbend. in Extrauag. Ioann. 22. & c. execrabilis. de præbend. in Extrauag. com. quod vnum est idemque cum superiore. secundò, beneficia

g iij seu

180  
Expectans  
rusticus Ho-  
ratianns.

181  
Quid si bene-  
ficia primò  
vacatura de-  
beantur aliis  
quam talibus  
Expectanti-  
bus Pontifi-  
cis, an huic  
Bonifacians  
sit locus.

182  
Reseruata  
benef.

183  
Optio senio-  
rum.